



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

2. Prudentia humana viribus naturae derelicta, probabilissimè crederet dari plures Deos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO I.

*Deorum pluralitas stando puris principia naturalibus defendi potest & propugnari.*

Cum quâ Symbolizat illa quæ sequitur.

## PROPOSITIO II.

*Prudentia humana viribus natura derelicta probabilissime crederet dari plures Deos.*

2. Quibus vides ex mente hujus Authoris probabilissime, & absque peccato posse ab homine gentili credi plures Deos, eademque qua credit probabilitate, eos coli & adorari: unde nec si hoc faciat, & plures Deos ac Idola colat, à Deo puniri poterit, ut pote sequens sententiam probabilem, & consequenter laborans ignorantia invincibili, quæ à peccato, ejusque poenâ & reatu liberat, ut supra dictum est; asserit ergo hic Polytheismum, imitatus serpentem primorum parentum deceptorem, qui eis Polytheismum persuasit dicens, *eritis sicut Dij, im-*  
directe



directe innuens plures posse dari Deos. Unde *Iustinus Martyr. in parenetria ad gentes in psal. 13.* loquens de eodem primos homines inquit plurimum Deorum cultum docere est ausus. Et *Chrysostomus* de insipiente illo tractans, qui dixit, in corde suo non est Deus: *Primus insipiens inquit Diabolus fuit, qui primus insipientie seminator extitit, & primus praeo multitudinis Deorum dicens eritis sicut Dij.* Ex quo infert idem *Chrysostomus*, eundem quoque seminando Polytheismum induxisse Atheismum, unde paulo post subiungit: *Quicumque multos Deos adorat, dicit non est Deus: quemadmodum enim maritorum multitudo efficit, ut non censeatur maritus, ita multorum Deorum cultus est impietas, & perinde est, ac si nullum colas, multorum enim Deorum admissio est unius negatio.* Consentit *Athanasius orat. cont. idololat.* inquit, multitudo Numinum, nullitas Numinum: cui concordat *Apostolus, ad Ephesios* inquit, illos tempore Gentilismi fuisse sine Deo in mundo. Ad quæ verba *Chrysostr. comm. in Actor. 19.* Et quomodo ait *Ephesij sine Deo: hinc simulacra, illinc imagines, illic Neocros Diana, illic*

D s

Deme-



*Demetrius argentarius, qui faciebat templa Diana argentea: tantus est grex Deorum, & quomodo sunt absque Deo Ephesij? sed propterea sunt impij & absque Deo, quod cum multos Deos elegerint, ab uno exciderunt. Igitur multitudo Numinum nullitas Numinum, qui proinde sentit probabiliter defendi posse stando in puris principijs naturæ dari pluralitatem Deorum, is quoque ex mente Satorum Patrum sentit.*

### PROPOSITIO III.

*Probabile est secundum humanam prudentiam sibi relictam non dari Deum.*

3. Ne hoc cuiquam tam mirabile videatur, cum Author propositionum proxime allatarum id ipsum non incongrue insinuet, dum asserit.

### PROPOSITIO IV.

*Potest dari invincibilis ignorantia Dei quoad aliquod tempus saltem breve.*

Et hanc sententiam non esse improbabilem, sed probabilem ipse sentit, dum hoc ab omni-